



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod superstitiosae sunt quaedam[m] vetule affigentes cedulas siue  
nomina vulgariter nu[n]cupata contra febres cu[m] quibusdam vanis  
obseruationibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

## TRACTATUS

cū dant & ter percutientes cimbalum sonum illum credūt valere ad prosperum partū: quod est superstitiosum & vanū. Nam quod ter campana sonet hoc potius fit vt ex hoc omnes audientes deuote orent pro tali parturiente & fere periclitanti offerentes beatę virgini ter Angelicam salutationem: vt illa quę immunis & libera fuit à tali dolore sicut ab omni peccato. Liberet huiusmodi mulierem à periculo illius hore.

Quod superstitiosæ sunt quædã vetule affigentes cedulas siue nomina vulgariter nūcupata contra febres cū quibusdam vanis obseruationibus.

**S**imiliter superstitiosę sunt quędam vetule affigentes quasdam cartulas siue nomina vulgariter appellata etiam cum verbis catholicis: sed dicentes has nihil proficere nisi scribantur



in carta virginea & suspendantur ver-  
 fus solem cum tribus filis tortis mani-  
 bus alicuius puelle virginis nomine Ma-  
 rie: & quod illi ligatur vel cui aliquam  
 herbam pro sanandis febribus comede-  
 re dederint nihil hoc valere dicunt nisi  
 versus solem in suo ortu genibus flexis  
 hoc accipiat vt mihi febricanti nonnū-  
 quam quandam vetulam dixisse memi-  
 ni: hoc inquam superstitiosum est & va-  
 num & omni ratione carens. Nam vt in-  
 quit Ioh. gerson quid aliud sonant iste  
 traditiones scribant hoc in pergameno  
 virgineo, portetur in figura triangulari  
 cum caracteribus incognitis & thurifi-  
 cetur suspendaturque ad collū, & fiant  
 ista certis horis: tūc infra triduū aut an-  
 tequam triduum proueniet effectus ille  
 quem querimus absq; dubitatione: im-  
 mo hoc sub periculo capitis asseritur  
 hoc superstitiosum & diabolicū est. Vn-  
 de Augustinus & habetur. xxviii. q. ii. c.  
 illud, vbi dicit quod ad superstitionem



## TRACTATUS

pertinet omnes ligature & remedia que medicorum disciplina condemnat quibus-  
cūq; rebus suspendendū atq; ligandum.

Quod verba sancta & reliquias pos-  
sumus suspēdere in collo & per easdem  
benedicere infirmos homines vel  
iumenta seruatis quinque  
conditionibus.

**Q**uod autem verba sancta possint  
affigi in collo & benedicere infir-  
mos homines vel iumenta vel  
carmina scripta vel verba sacra; & quod  
licitū sit eadem secū deferre & portare,  
hoc possum per sanctum Thomam. ii. ii.  
q. xcvi. arti. iiii. quinque conditionibus ob-  
seruatis. Prima vt. caueant ne verba ali-  
qua contineant que pertineant ad inuo-  
cationes demonum, expressas vel subin-  
tellectas. Secūda ne contineant ignota  
nomina; quia secūdum Crisostomū talia  
metuēda sunt ne illis aliquid superstitio